Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hec est noua queda[m]. singular[is] atq[ue] rara legenda. ex alijs sex lege[n]dis collecta et perfecta. tractans de origine. et vite. ordine. de conuersione. ac magistrali disputatione. ast de ...

Petrus <Frater>

Argentin[ae], 6.IV.1500

Capitulum decimum. Quomodo katherina increpabat

urn:nbn:de:bsz:31-333645

Visual Library

nephandos errores ſupbi-
entium xp̄ianorum nobis
ad iudicandum oſtendant.
et quos inuenire nequiueri
mus ſua eos vltione ↄſtrin
gant. Hoc decretum quod
ſtatuimus a nobis primo ĩ-
choari oportet. Scd̄m im
pialem itaq̃ poteſtatez nos
offerimus dijs id quod vo
lumus. vos autez ſcd̄m ve-
ſtram facultatem his ſacri-
ficate cuncti liberaliter. Al-
tera autem die ſedens ꝓ tri
bunali iubet omnes intro-
duci ⁊ preconis voce accla-
mare. ⁊ ad templum deoruz
ſuorum omnes pariter con
uenirent. Et vt ſacerdotes
aris thura imponerēt. Tūc
imperatore primo ſolēne ſa-
crificium dijs offerente. cō
tinuo ceteri homies. incur
uati iuxta poſſibilitatē ſuaz
ſunt ante ſimulachra deoꝝ.
Diuites quidem thauros
⁊ boues et oues: pauperes
vero volucres viuas offere
bant. Porro imperator vt
erat regio amictus ornatu:
⁊ militari ambitu ſtipatus.
preueniēs. obtulit in ſacri-
ficium thauros centum. et
triginta. Hinc reges ⁊ prin
cipes. hinc magnates mili-
tum. hinc prefecti et tribu-
ni. celſe dignitatis. gratioſo
res ⁊ illuſtres perſone pro
vt tyranno placere niteban-
tur formoſa dijs animalia
atq̃ copioſa ymmolabant.
Quibus vero ad ſolennem
pompam ſacrificiorum ar-
menta non ſuppetebāt. paſ-
ſeres et volatilia que habe-
re poterant. inferebant. Au
ditur per vniuerſam ciuita
tem vox diuerſoruz anima
lium. perfunditur tellus ef-
fuſio ſanguine bidentium:
fit ſonus confuſus plauſi-
bus ⁊ choris alternantibꝰ.
in tantum: vt tremulenta
tellus exultare. aut potius
indignari tantis clamoribꝰ
videretur.

Capitulum de
cimum. Quomodo beata
katherina increpabat impe
ratorem de falſo ſacrificio
ſupradicto. ⁊c̄.

Capitulum x

DAcivr-
be alexandri-
norum vt ta-
ctũ eſt ſupra
Erat puclla il
la ſanctiſſima
katherina. annorum. xviij.
duorum de viginti. ſponſa
chriſti ſpecioſa valde. ſʒ qđ
pluris eſt religioſa fide. et
cuſtos virginitatis ſue que
in pallatio patris ſui reſi-
dens. audiuit tibicinum ſo
nũ. ⁊ multimodũ genus or
ganoruʒ. ⁊ voces diuerſas
animaliũ diuerſorum in tẽ-
plo fieri ydolorum inſoliter.
Stupefacta ergo exide cau
ſam celeriter iubet inquiri.
Quam cum ex nuncio di-
dicisſet. aſſumptis ſecuʒ ali-
quibus de familia. ad tem-
plum vſqꝫ properauit. Ibi-
qꝫ queruloſo gemitu deplo-
rantes quoſdam inſpexit q̃
ſe chriſtianos eſſe fatebãtur
ſed metu mortis ad propha

ñia ſacrificia impellebantur
Hec igitur vehementi do-
lore cordis ſauciata delibe-
rat erroneum huiuſmodi
ſacrificium libera auctorita
te damnare ſimul ꝛ tyran-
num. necnon et eius male-
ſanum edictum improbare
Tenens itaqꝫ paululum in
tra ſe ſilentium tacita qui-
dem ſed in alto corde fudit
lachrymas et orationem.
Hinc pectus ꝛ linguaꝫ xp̄i
muniens ſignaculo. auda-
cter ante conſpectum im-
peratoris prorupit. vbi in-
ter ceſorum ſtrages anima-
lium. ꝛ aras immūdi cruo
ris ſorde ꝯtactas ſupra om
nes flagicioſus ydolatra e-
minebat. Ingreſſa vero bea
ta virgo. ſic ait tyrāno. Sa
lutationem tibi imperator
proferre. ꝛ ordinis dignitas
ꝛ rationis dictamen premo
nebat. ſi hec que cultibꝰ de-
monuꝫ exhibes. que in nul
lo tamen proficua ſed om̄i-
no noxia ſunt ꝛ damnoſa.
ſi hec inquam creatori tuo
impenderes. ſolā illius ma-
ieſtatemqꝫ adorandam in-
telligeres. per quem mundi
elementa initium ſumpſe-
runt atqꝫ ſubſiſtūt. qui non
in innoxiorum cede anima
lium. ſed fide et ſalutarium
mandatorum obſeruantia
delectatur. Hunc autem te
meritas humana in nullo
periculoſius offendit. q̄ꝫ vt
rationalis creatura rebus
inſenſibilibus cultum diui
nitatis exhibeat. et hono-
rē inuiſibilis maieſtatis ad
viſibiles transferat creatu-
ras. Eteni maloꝝ omnium
inuentor dyabolꝰ inter om
nes ſuas doloſas artes et
fraudes dubios homines.
nec pernicioſius circumue-
nit. nec alias a dī cultu ſub
tilius auocat. q̄ꝫ vt cum ſci
amus. nos deo ſoli debere
ꝙ formamur et naſcimur.
hec tamen om̄ia elementis
mūdi aſcribi ſuadeat. qui-
bus ꝛ vos diuinitatis nu-
mē attribuitis. et appoſitis
nominibꝰ. ꝓ deo ſingula atꝫ
vniuerſa veneramini. nul-
la alia ratiōe in hūc erroreꝫ
traducti. niſi ꝙ coeternam
dei eſſentiā in ſe ſeruare vo
bis videnť. que tamē plane
a deo ex nihilo facta ſunt. ꝛ
in hāc mūdi formam mira-
bili conſpiratione ſociata.

Capitulum XI

Que ſicut initiū ex dei creatione ſumpſerūt. ita ꝑhennitatem ipſius beneficio cōſequentur. et ideo coeterna deo non ſunt. quia impoſſibile eſt creaturam tempꝑaliter factam: creatori ſuo qui eſt ſine tempore. eſſe cōſempiternā. Ille enim ſolus eſt ſine initio. a quo rerū omnium proceſſit exordiū. Talibus ergo diuinitas nō eſt tribuenda. que ſue voluntatis nō ſunt. ſed a deo impoſite ſeruiunt rationi et legi. DiJ ergo non ſunt plures ſed vnus naſcentiū ⁊ viuentium formator deus qui ſicut omnia creauit ex nihilo: ita ſuo imperio omnia cohercet atqȝ diſponit. Tibi ergo imperator ꝑpendere opus eſt vt cum tu quideȝ homo ſis et ideo mortalis: et tu prout terreni imperiJ exigit principat⁹ mltis mortalium milib⁹ preſis: ſi q̇s horum debitum tibi ſpecialiter honorem aliJ conferret et alteri cuilibet potenti de collato ſibi a te beneficio famulaturus inſiſteret: nōne tu hunc reū iudicares maieſtatis: ⁊ rurſus quē promptiorē ī tua fidelitate anīm aduerteres: huic omneȝ honorem fraudulentia depoſita condonares. Miranda ergo eſt ſed et timēda dei paciencia in ſua contumelia. Igitur cum te ſublimi imꝑio quod mortales magnū exiſtimant preeſſe hominibus ipſe voluerit: tu tamen eius ingratus beneficiJs exiſtens: rebus viſibilibus attribuis: quod cōferre debueras ei⁹ magnifice maieſtati.

Capitulū vndecimum de impugnatione maxenciJ contra beatam katherinam de ieſu cucifixo: et de reſponſione beate katherine contra impugnationem maxenciJ per obedientiam elementorum. quibus non ſolum eſſe ſed et preeſſe conueniret vt ipē putabat.